tas. Obiecta legislatiua prohibitionis, et precepti Ecclesiastici non sunt intrinsece mala; econtra damnata, ut damnata, sunt intrinsece mala. Nunquam licet uti intrinsece malis. In casu mali in gravi damno et extrema cessat preceptum, cessat lex Pontificia.

348. 3m: est contra pietatem Ecclesiae non uti damnatis: q. ratio antis, quia pia Mater vult quaquavis via succurrere aegroto. Nego ant: contra pietatem est uti damnatis. Amat Ecclesia auxilium proximi, sed auxilium licitum, et non intrinsece malum. Inferes: quotiescumque ... aliquis ... alicujus ... pie bonum, nec damnatum communiter dicitur.

Caput 5m

An in articulo mortis possit sub conditione absens absolvi, si nulla alia via ei superest?

349. Ante Clementis VIII tempora quamplurimi tenebant validam, et licitam absolutionem absentis; dabit eos Noster Moya tom. 1. Select. tract. 3. d. 6. q. 1. Inter eos eminent Navarrus, Major, Medina, Tapesius, Silvester. Ob. Antoninus ex Predicatorum ordine, et ex eodem alij. Ex Nostris unus, quem sciam, P. Sa sequutus est, sed dein mutavit sententiam. Prohibitio à Clemente haec erat: licet per literas, vel internuntium Confessario absenti sacramentaliter confiteri, et ab eodem absente absolutionem obtinere.

350. Sub excomunicationis poena praecepit Pontifex, nè defenderet, doceret, aut deduceret ad praxim in aliquo casu opposita sententia. Hinc videtur negandum; et vel tenuem probabilitatem concessit Cardenas tom. 1. d. 2. c. 8. à n. 132. certam ibi dixit suam resolutionem. Negandi ratio 1a: si vel in extrema deduceretur ad praxim absentis absolutio, deduceretur ad praxim in aliquo casu; sed in aliquo casu deduci ad praxim Clemens prohibuit: ergo. 2a: verba consecrationis Eucharisticae nequeunt proferri erga materiam absentem: ergo nec verba absolutionis. Probatur illatio: ideo id evenit in verbis consecratoriis, quia to hoc, et to hic denotant praesentiam, et significant individuationem, quam demonstrant; sed et in absolutione to te denotat praesentiam, et individuationem, quam demonstrat: ergo. 3a: absolutio est loquutio; loquutio est ad praesentem, non ad absentem: ergo et absolutio.

351. Infertur 1°: semper fuit invalida absolutio absentis. 2°: etsi termini expressi condemnationis sint de licitudine per illud licet; implicitè damnatur et valor. Ratio, quia damnatur in aliquo casu quovis modo ad praxim deduci. 3°: ex eadem ratione nec est tenuiter probabilis absolutio absentis. Et haec est nostra sententia, quamque justam genuinamque verba faciatis.

352. Remover adhuc difficultates. Sunt et in oppositum rationes efficacissimae. Casus est: Petrus pugio-

ne confodit, aut morbo lethali opprimit. Confessorem inclamat. Testis advolat, et Supremam deficientis vocem circa Sacramentum defert ad Sacerdotem. Sed iter non est breve. Summum est periculum, et summa suspicio discessurum è vivis Petrum, dum Sacerdos advenit. An possit, lis erat, sub conditione absolvere morientem Sacerdos absens, paratus ire, et praesens absolvere, si vivum reperiat Petrum. Affirmavit, nescio quis Theologus post Clementis tempora consultus à P. Moya. Affirmavit et Modernus Theologus.

353. Ratio 1.ª ante Clementis tempora erat probabilis sententia; sed si erat, est et hodie circa valorem: ergo est probabiliter valida. Ratio minoris. quia tenebant eam DD. plurimi. Probabilem vocavit eam (etsi sibi oppositam ferè certam diceret) Eximius Suarez, nec leves infra dandae rationes vincunt. Consequentia ratio 1.ª quia Clemens non damnavit valorem, sed liceitudinem. 2.ª quia Clemens ipse Doctissimo Cardinali Bellarmino dixit, se valorem non damnasse, sed liceitudinem. Quod sic datis literis ad Patrem Lessium die 29. Aprilis anni Domini 1608 testatus est Cardinalis. Videat P. Praepositus in 3.m pri. Apud Moyam n. 13. 3.ª quia adhuc post Clementem probabilem putant expositionem de liceitudine Villalobos, Coninc, Gamacheus, aliqui apud Theologiam Moral. non valde dissentientem, citatus P. Praepositus, imo et

Pragenses Theses anno 1650, quibus interfuit Caramuel.

354. Subjiuno: atqui si é in se valida absolutio absentis, in extrema pot ad praxim deduci: g Pbr Subsumpta l; quia apud plures apud citatum Moyam nequit Pontifex phibere in extrema usum rei ex se validę, cu pro illo casu det facultas à Xpto Dno. 2º, quia nequit reddi ab homine ilicity pro oi casu quod validy datur ab Institutore Xpto. Plura alij et efficaci Moya.

355. 2ª rao eficacissima: ad minus ē tenuiter pbabile, validam eē absolutionē absentis: g licet in extrema. Ans l: [redacted] tot D.D. pbabilitē asserentibus. 2º, quia expressè de valore n agit damnata. 3º, quia absolutio conditionata absolutio n ē, ut bene sibi Cardenas objecit; unde conditionata n licebit. 4º à paritate: absens pot absolvi à Censuris e extra extremam: g et à peccatis intra extremam. Ans tenet Ovim. tom. 1 de censuris dº 7. et Aingus

356. 3ª Confeō pot fieri cum absenti: g et absolutio. Rāo coq, quia sicut Sacerdos loquitur cum Penitenti in absolutione, ita et Penitens loquitur cum Sacerdote in Confeōe. Dsr: ex Pij V decreto nequeunt Moniales in aliquo casu, aut quovis pretextu, pxter magni incendij, aut infirmitatis lepr, l, epid.

nis è Monasterio exire; sed adhuc in extrema necessitate apud Sapientes Theologos cum Suar, et Navarro possunt exire: & licet ex damnatur Clementis n. possit absens absolvi in aliquo casu, poi adhuc in extrema. Illaonis rao est 1: quia casus extremus non comprehendit in lege coi. 2°: quia nec cum magno tuis pericul obligare poi Pij decreto, nec Clementis sanctio potest obligare in summo ejus periculo. Hinc non desunt aliqui, quibus in casu supra posito danda videatur absenti sdionata absolutio. In re adeo gravi edoceri velim ab alijs, non proprio quidquam tradere.

Benedicti XIIII circa complicem absolvendum in morte sanctio.

357. S. S. D. N. Benedictus XIIII in Bulla Sacramentum Pœnitentiæ ad Kal. Junij anni 1741 decrevit, et observanda edixit multa. 1°: renovat pœnas contra Confessarios sollicitantes ad turpia. 2°: male denunciantis peccatum sibi reservat, excepto mortis articulo. 3°: Sacerdotem complicem in peccato turpi jurisdictione privat ad validè absolvendum, et in mortis articulo, si sacerdos adsit alius. 4°: absolventibus imponit pœnam Excommunicationis majoris Sedi Apostolicæ reservatæ. 5°: decrevit, neque ex vi Jubilæi,

aut Bullæ Cruciatæ posse complices absolvi.

351\. Cæterum in Bulla Apostolici muneris die 8. Februar. an. 1745. antiquam Sanctionem exponit, et variat. Ex ea 1°: si alius n. e., pot. complex Sacerdos absolvere in morte. 2°: n. pot., si adest e simplex Sacerdos. ~~absolvere in morte~~ 3°: potest absolvere, si adsit scandalum, vel infamia. 4°: si fingat, vel cum possit opportunè non avertat scandalum, vel infamiam, ut absolvat ab alio non complice, Complex Sacerdos absolvens latam incurrit excomunicationem. 5°: si complex Sacerdos sine scandali, vel infamiæ periculo, præsente alio Sacerdote absolvat complicem in peccato turpi in mortis articulo, absolutio erit valida, sed incurrenda à Sacerdote prædicta Censura. Gravia hinc, et ferè octo mihi dubia suboriuntur circa mentem Sum. Pontificis; sed non exponendus, sed adeundus, et reverenter colendus.

Disputatio 4.ª

De Baptismo, Viatico, Extremæ-Unctione, testamento, et auxilio morientis.

Caput 1.m

De Baptismo.

An possit sub conditione baptizari fœtus quacumque die abortivus, etsi tenuissimè figuratus in modum humanum?

359. Dico: foetus abortivus quaq. die post conceptionem, dummodo tenuissimè ad minus figuratus in modo hunc pot sub cdione baptizari. Ita Hyeronimus Florentinus ex Congregaone Matris Dei in docto opere de Baptismo abortivorum; Franciscus Verde in apologia pro eadem sentia. Rem tenet probabilem doctissimè, et solidissimè probatam Noster Cardenas tom. 1. d.e 14. c.e 13. In quam conclusionem se libenter iere dixit Subtilis Theologus Nicolaus Martinez: quamque laudat, et probabilem pronuntiant 39 Doctores approbantes opellam Hyeronimi.

360. Pbatur: dum est de vita dubium, pot foetus baptizari; sed quacumque die post conceptionem est dubium de vita foetus abortivi, e tenuissimè figurati: ergo foetus quaque die abortivus, &a. Ratio maioris, quia standum e in favorem aq. Pbr min 1: e vita dubia, cum dubitant prudentes aliqui; sed dubitant Prudentum aliqui, ut constat ex dictis: ergo Saltem (addidit Cardenas n. 32.) à 3a e dubium de animatione foetûs, et quae sit dies 3a e e dubium. Pbr 2o: est probabile, ad minus tenuiter probabile à 2a post conceptionem die aam infundi, foetusque animari; sed eo ipso pot sub cdione baptizari: ergo. Constat major: apud Thomam Fienum 1a die animatur; apud Vo- Fortunatum 1a die, et à 1o momento

=ceptionis. Idq tenet Paulus Sachias ~~tom. 2.~~ lib. 3. titulo V. q.e ultim. Tenet Gaspar Bravo doctus Medicus. Apud Danielq Sennertq animat in fine 2.i diei. Imò intra 7.m horas à conceptione Florentinus probat aàri ex Macrobio, Hipocrate, et Tertuliano. Suis assertis, et oclusonem latè pbat Hyeronimus, præsertim f.o lib. dis. 1.a ex Sacra Pag.a et P.P. testimonis.

361. Dices: opposita sententia ē certa moralit. Contra 1.o: ~~hæc~~ est sententia pbabilis, cum ex gravissimis D.D. ē solidè pbata; sed ità se het ista sententia: q.o pbabilis, nec opposita ē certa. 2.o: non ē certa opposita certitudine omnimoda: q.o ad minus ē nostra sententia tenuitq pbabilis; sed sub tenuiq licet agere in extremis: q.o Hoc serio perpendant Sacerdotes, nec temerè sine Baptismo discedat humana proles.

Argumenta.

362. 1.m mola carnis n̄ pot baptizari; sed fœtus abortivus tenuissimè figuratus non distinguitur, nec discernitur à mola: q.o Concedo maiq, nõ minq. Mola n̄ ē hõ; sed orta ex defectu caloris masculi, et sanguine fœmineo, mola dicta ē à mola lapidis ob duritiq, teste Galeno. Est uniformis, nigris venis intexta, ad aspectum scabra, ad tactum dura, et aliquando vario colore infecta. Econtra fœtus organo ad tactum mollis, ad as-

pectum levis est. Non semel homunculus membranas non potest ob tenacitudinem abrumpere. Hinc si involucrum illud sit membranis circumdatum coloris subalbi, et vel cinericij, figuræ ovalis, similisque intestinis quoad colorem, si dum digito tangitur mollescat, fœtus est humanus ex probabili Medicorum, baptizandus est sub conditione. Nec illius corporea magnitudo exit ad rem. Non semel grani hordeacei, aut minoris phaselli, majoris formicæ, aut nucis avellanæ, apis, vel grandioris muscæ magnitudinem non excedit, nec majores fuisse fœtus illos, quos sine baptismo discedere ope Dæmonis* fecerat non plurimis abhinc annis, testatur Casnedi.

* mulier infamis

363. 2^m: ex Aug.^s lib. 2. in Exod. q. 8.^a tenuis facere nisi post multos dies fœtum profecto nec hominem deputavit, quod talis in utero gerit. Hinc in Exodo aliter mulctatur, qui percusserit pregnantem, dum fœtus est animatus; aliter dum non est animatus. Paulus Zachias testes textum aliter dari in Vulgata, nec fatigatur in versionibus. Illis respondeo: sermo ibi est de pœna imponenda. Atqui hanc textus non agnoscit hominem fœtum, nisi multos post dies, quando certa sit animatio. In dubio animationis et humano noluit imponere pœnam. Hinc Aug.^s non dixit animatum, sed quod non formatum puerperium noluit ad homicidium perti-

nere.

364. 3m: Sanctus Thas, et Ar.les tenent prius vegetativa, dein sensitiva induci anima ante rationalem. Nosque etiam in Animasticis: ergo non a principio foetus est homo. Dr. 1°: ergo nusquam licebit abortum procurare. 2°: Ecclesia non docuit hosce abortivos baptizandos: ergo non baptizandi sunt. 3, quia est consuetudo in Ecclesia, ut non baptizentur. 4°: quia ex revelatione Beati Amadei corpus instantanee, corpus B. Virginis in sex horis formatum est, nostrum autem in longo tempore: ergo non adeo cita est animatio. 5°: quia ante formationem corporis creatur anima; sed hic error est in Viennensi damnatus: ergo. 6°: ergo anima traducitur in spermate ut traduce; sed hic error est Traduciatorum: ergo. 7°: quia erit irregularis, et homicida, qui abortum procuraverit auxilio, vel qui fecerit intra paucos etiam dies post conceptionem.

365. Resedet Florentinus, et late tentat probare, stare bene successionem trium animarum per momenta, et quod vel a 1° die infundatur anima. Sic brevissime fugit non semel e pulvere rana. Adhuc resedeo. Ea sententia et S. Thomae, et Phi. certa non est. Opposita est probabilis. In dubio baptizandus est foetus. Ad 1m concedo conclusionem de procuratione directa. Sive animetur, sive non animetur foetus, non licet directe abortum procurare ex 34. et 35. damnatis ab Innocentio. Adeatur Lacroix lib. 3. p. 1. à num. 823. Indirecte, si non animetur, urgenissi-

ma ex cau cedunt multi Theologi. Ex pbabilitate non animaonis poterit pro re nata mulier agere. Nos interea ex pbabilitate aaonis (quam circa se ucre non agimus) resspectè docemus posse baptizari.
Ad 2m negat aña. In capite: de Baptismo praecipit baptizari foetu dubiu quoad vita. Sic tradidit generalē doctrinā, quia aplicare Doctorum ē; nec mirū temporis tractu plura in Eclea clarescere. Sic anno 325. claruit hereticus baptizandus ex summo dubio l' baptismi. Anno 649. duplex in Xpto voluntas ē definita. Anno 1336. definitum, aas transacto purgatorio statim videre Deum. Anno 1567. prohibita est Laicis Communio sub utraq specie. Alia taceam.
366. Ad 3m negat consuetudo ea. Oppositum pbat Florentinus. Si velis, distinguas. Concedas de Baptismo absolute, neges de conditionato. Ad 4m apocriphas tenet ejusmi revelatione Cajetanus. Falsas credidit Florentinus. Certo non fuit aprobata ab Ecclea. Vero eni quoad substantialia, scilt de Brevi Xpti, et Virginis formaone revelaones. Aliud circa nostram ibi ē obiter habitum. Potest esse falsum.
367. Ad 5m et 6m nego. Ante corpus non creatur aa, nec venit traducer. Creat à Deo, n ante corpus; qua horâ? Incertum nobis est. Deus.

consule. Ad 7^am^ jam dictū ē, cum de mortuo vulgari. Fuente-Hurd sanè d.^e^ 22 in damnat. c.^e^ 6. n. 58. Tenent cum multis irregularitē n̄ incurri, cum dubiū ē de vitâ objecti. Et applicat ille ad casum de abortu. Adhuc N: si sit tenuiū p̄babilis sentiā de aāone, non incurritur; quia levē est p̄suntū. 2º: si sit simplir p̄babilis ex probabilitē oppotā, liber ē ab irregularitē. Cū sanè in foro externo non censeat incursa irregularitas, nisi post plurimos dies statutos in Canone, de quibus alibi. Sunt illi 40 pro viri animaāone, et 80 pro feminis.

An humana proles
è Viro nata debeat
baptizari?

368. Res fuit, ē, aut erit, ceve poterit sub vindice Dei brachio. Porrò, apud Nostrū Sogner, Belga Bibax ad annū 1330 Mulieri ululanti insultabat, et parturienti. Hæc ad Superos versa imprecatur in virum siles dolores. Nec Superi defuère. Ecce prægnat ille in femore dextro, et novem post menses, æquosque dolores, acerrimos quiēs, è femore natus ē Infans. Hæc circa ē Lacroix lib. 6. p.^e^ 1.^a^ n. 295. N: Infans non traxit originale peccatū. Ratio, quià non ē ab Adamo generaāone coī. 2º: ex eadem raone, si adultus filios procrearet, nec illi traherent pecctū originale. 3º: et ille, et illi nati essent in statu puræ naæ, statu, de quo D. Thas 1.^a^ 2.^a^ q.^e^ 113.

art. 2°; ubi nec graa, nec peccatū. 4°: si discederent hoc in statu, pbabile est apud Lacroix habituros eos hac in vita Beatitudinē temporalē post generalem resurrecōnē.

369. Dico: hūna proles è viro nata debet baptizari, sive in morte, sive extra illam. Pbat: preceptū Baptismi est ad oēs: g° proles humana &ª. Pbr ans ex illo: baptizate oēs gentes, et illo: nisi quis renatus fuerit ex aqua &ª. Itē: debet uniri Eclē; sed unio ad Ecclēam est per Baptismū: g° debet baptizari.

370. Dices 1°: ille n̄ hēt originale pectum; sed Baptismus dat ad tollendum Originale pectum: g° Infans ille n̄ ē baptizandus. Concessa mari, distinguo minrem: ad tollendum Originale unicè, n̂o; non unicè, ccedo. Si pectū sit Originale, tollit à baptismo ex vi Dinē graē ritualis. Si non sit, superest adhuc effus, cujus graa dat. Dat baptismus, ut graa operat, quā carebat Infans ille; nec ad graē infusionē opus precessisse pectum. Fuit ea in Xpto Dño, in quo pectū, nec fuit, nec potuit ēe.

371. 2°: Infans ille hebat graam: g° opus n̄ erat Baptismo. Pr ans: non hebat pectum; sed qui pectum n̄ hēt, habet graam. Constat minor ex citato D. Tha: n̄ pōt ēe sine ~~pecca~~ culpa, nisi hēat graam. Confr: in

morte ad nihil est utilis unio illius Infantis cum Ecclesia: ergo pro sola unione dandus non est Baptismus. V: no ans. Nec gratiam, nec peccatum habet, quia non accepit caracterem, et indicium elevationis. Ad probationem, concessa mai, no minorem. Ea est falsa in statu purae naturae nec elevationis ad gratiam. D. Thomas non est ad rem. Loquitur de homine post peccatum Adae. Ante peccatum ex Angelico licet homo antequam peccet, possit esse sine culpa, et gratia. Imo loquitur de justificatione perfecta impii, in qua peccatum non tollitur, nisi gratia infusa. 2º omisso anti, no conseqm. Multiplex est Baptismi effectus. 1º est pro gratia conferenda, quae tollit, si est, peccatum. 2º est ad unionem cum Ecclesia. 3º est, ut caracter Christianae Fidei accipiatur, et discernamur a non baptizatis. Ergo, etsi gratiam haberet, dandus baptismus. Hinc ex Suario Coimb. tom. 3. in 3. partem, d. 31. s. 1. Baptismi preceptum est ad Apostolos, in quibus jam non erat peccatum, et ad Beatiss. Virginem, in qua non fuit, imo fuit summa gratia, extendebatur. Igitur baptizata est Beat. Virgo. Pro confirmatione proeat

372. 3m: circuncisio in Lege Veteri non erat ad omnes: ergo nec Baptismus. Concesso anti, negatur illatio. Circuncisio solum erat pro Populo Judaico; hinc non ad omnes gentes. Econtra Baptismus est ad omnem Populum, quia Populus omnis debet fidem amplexari, et accipere

Baptismȳ. Sane nec in lege veteri circuncisio erat nečãria ad tollendū Originale, ut apertū erat in fœminis. Nec verū est apud multos institutam circuncisionē fuisse ad tollendū Originale; solum erat caracter, et indiciū externū. E contra Baptismus ē internū indiciū, et načius in re, vel in voto. Iam ad ɔfraonē negat ans. Etiā in morte debet gratiā hēre, et caractere ornari. In morte se debet recipere Eucharistiam. Et ecce ultimus Baptismi ejus; janua ē Ecleę, nec sine eo, et sine ea aptus ē ad cętera Sacramēta, quę instituta ss pro Xptianis; atqui sine Baptism. Xptianus non est.

An in morte, et extrema posit ɔferri Baptismus validè in capillis?

373. Dico: validus est Baptismus collatus in capillis. Ita de Lugo in responsis moralibus dub. V. cum Acutiss. Vasq. Valentia, et alijs contra Bonacinā de Sacramētis d.e 2.a q.e 2. Stant à nobis Valentia, Vasquez, et alij apud, et cū de Lugo. Pbr: dum Infans baptizat in capillis, baptizat in pte capitis; sed validus ē baptismus in pte capitis: ȝ. Rao minris, quia ē baptismū in aliqua pte principē. Rao maris: capilli ss pars capitis: q.e Ans pbr N, quia calvus ē hoo, et mutilus sine illis, juxta illud tristes pecus mutilū &c. ȝ.

2°: quia Verbu assumpsit capillos, ut totu assumeret hom.

374. Argues 1°: ñ tenet baptismus in cesarie, seu capillis extremis, et adusque humeros defluentibus: g nec in capillis capitis. 2°: non tenet baptismus in capillitio ficto, sive perruca: g. 3°: capilli ñ animant: g ñ st pars. 4°: capilli sunt ex mãa excrementicia, et aalis excremento: g ñ pars. 5°: qui tangit capillos capitis ñ dicit caput tangere: g nec qui baptizat in capillis capitis, caput baptizat.

375. Ad 1m ɔcessi anti, negat illatio. Est ꝟ disparitas: cesaries ñ censet, nec extremu capillorũ defluentiu quid unũ cu capite. Hinc, qui tangit extremũ cesaris, ñ dicit caput tangere, nec qui abluit, caput abluere. E contra capilli capitis st unũ cum capite; qui tangit, et abluit eos, caput tetigit, et abluit. 2°: nec cesaries, nec extremi capilli st par capitis. Hinc ñ dicit calvus, cui deest cesaries. Dicit vero calvus, cui desunt capilli. Sunt g pars capitis.

376. Hinc ad 2m, ɔcesso anti, negat illatio. Perruca ñ ē pars capitis, sed potius deficientis partis simulatio. E contra capilli. In 3° ans falsum, eo dato, negat cõa. Sic et ungues, etsi omittant, non animati, sunt pars homis. Sic ex multis cum Losada de aã tract. 6. c. 2°. circa species sensus externi cuticula illa tenuis toti cuti obducta, externis sensu ñ ē prædita.

est tn̄ pars hominis, et validus ē baptismus, nec aliū ēē posset, nisi super pelliculā. Adest et biceps paritas. 1ª: dīr Episcopus in ordine conferendo tangit capillos, tenet ordo, quia censet tangere hominem. 2º: dīr per ungues, et calix, et Patena tangit, tenet ordo Sacer:g ergo et reque baptismus, sive animent, sive n̄ animent. capilli.

377. Ad 1m disguo: excrementitia negative, ōcedo; positive, nō. Sunt ex mãa negavē excrementicia, qui minus pura, et minus utilis. Non positive excrementitia, quia ipsiē n̄ sunt excremtū, et deserviunt ad ornatū hominis. Hinc et in Gloria capilli erunt, dicitē Dnus: capillus de capite vestro non peribit. Ad 3m, negatur ōns. Sic qui videt capillos capitis, nonque meram cesariē, dicit videre caput. Duo hic notanda. 1m: sanguis n̄ ãat, et adhuc ē pars hominis. 2m: Infans ille deberet baptizari iterū sub ōditione ob grave dubiū circa valorē 1i baptismi. Ideāt de Lugo.

An in extrema debeat
Infans baptizari in utero
Materno?

378. Negarunt Antiqui. Sequuti sunt Bonacina, et acriū Comitolus. Affirmant Viva de Sacramēs. Diana p. 1. tract. 15. resol. 43. Tingus tract. 3º resol. 7. Sambrano cap. V. dub. 3. num. 6. citatur

Cypim. tom. 3. in 3. pm. q. 68. ad artic. 11. sed contrarium visum ē mihi disp. 27. §. 2. Accedit Pinatelli tom. 1. resol. 103. Dico: pot in extrema baptizari Infans intra uterum Maternum. Pbr: in utero capax ē baptismi: g. Pbr ans: in utero ē hoo ex Adamo descendens; sed hoo ex Adamo descendens est capax baptismi: g. Baptismus deberet fieri vel fistula, aut aspersione ab obstetrice. Et quidem ex Sacroix hic num 291. mater ē instruenda, ut ipsa fœtum baptizet. Cfr: fœtus ille het originale: g ē remedium; sed aliud n ē prr baptismum.

Argumenta.

379. 1m: ille n ē natus huno mo; sed solus natus huno mo renasci pot in baptismo: g. Cfr: ille in utero ē extra Societm hominum: g nequit baptizari. Distinguo maiorem: n ē natus secundum inca, &a. no; secundum exca, concedo. Atque mior. Nativitas huno mo dicit inca infusionem aq, coi via generaonis. Hoc conveniunt Infanti ē in utero. Dicit exce, quod sit extra uterum, quod respiret externum, et coem auram. Hoc, sicut n requirit ad incurrendum originale, nec requirit ad Baptismum: renasci in Deo solum supponit nativitm incam per infusionem aq. Ad cfraonem distinguo: ē inca extra Societatem, no, quia jam ē hoo, et ex huna societate; est exce extra societm, concedo. Sed hoc n petit. Et est paritas: ad renascendum per martyrium n requirit exca nativitas:

g nec ad renascendu per Baptismu.

340. 2m: q baptizatâ Matre baptizatus est inclusus Infans. Pbr illatio, quia sic Martyr evadit inclusus Infans (ut de admirabili Diva Tecla, igne obusta Matre Martyre) Cons. quia D. Thas 3a p. q. 68. art. 11. otrarius est nobis. Nego coam. Nec pbat vera pbao. Dum mater comburit, Infans sic vitam deperdit in odiu Fidei. E contra baptizata Matre, aqua n pertingit ad ipsu Infantem. Ad oflaone, loquit Ste. Thas de baptismo pueri medio baptismo Matris. Audiat Angelicus in corpore: antequa nascat ex utero, non pot aliquomodo ablui aqua, nisi forte dicat, quod ablutio baptismali, qua corpus Matris lavat ad filium in ventre existente perveniat. Ad summu n valorem Baptismi, sed posse aqua pvenire ad Infantem, S. Thas negaret.

341. 3m: ex capite Qui in maternis de osecraone: qui natus adhuc secundum Adam n e, renasci secundu Xptum n pot: g. Ofi: quia ex magnis Aug. et Tha, nemo renascitur, nisi primo nascat: g. Respdeo V: textus loquitur de nativite inca, n de exca. Infans ille jam natus e ex Adam, et dotatus originali culpa. Ad exponendi Aug. sublimis, et D. Thas. 2o: fuit aliquoru error filium baptizari baptismo Matris pegi

nantis. Error erat contra quod Concilium Neocesariense can.e 6. et Aug.m lib. 6. contra Julianum. Error erat, quia non erat ablutio nisi mediatissima. In hunc errorem invehunt textus, et Patres.

Corollaria.

342. Infertur I: in extrema pori sub conditione dari baptismum in pectore, scapulis, humeris, digito, capillis, et in pelle membrana. Ita Sambranus dub.o 3.o sed repeti debet in capite principe. 2.o baptizatus domi à Parentibus, cognatis, obstetrice, feminis, aut Laico quovis debet sub conditione rebaptizari. Ita Quintana-Dueñas, tom. I. singulari 5. n.o 2. Laiman lib. 5. tract. 2. c.e 5. Aingus tract. 3. resol. 32. 3.o expositi Infantes baptizandi sunt, ni certum habeant testimonium ex Aingo resol.e 33.

343. 4.o gravida mulier morte sequuta est aperienda, et Infans baptizandus. Ex probabili sententia nostri Theophili, Sambrani dub. 12. et Aingi resol.e 52. quandiu ad vivat Infans, res est in ancipiti. Apud aliquos Medicos secta matre, per horam plus, minusve Infans vivit. In Posenino obstetrices octogenariae, et expertissimae testantur secta matre aut mortuam prolem, aut tunc articuli mori, aut modicum post tempus.

344. 5.o viva Mater nec aperiri potest, nec ipsa gentire. Ita Sambranus, et Aingus

resol.e 8; ratio, quia est directa occisio; sed ea est peccatum ergo.
Si gravida sit damnata ad mortem, partum debet
expectare Judex ex lege Praegnantem, de poenis ff.
Si Judex nolit, aut melius si non possit tempus ex-
spectare, ex probabili cum Aingo Theophilo, et Exis
3a parte quaestione 68 in commend. art. 11. potest viva secari.
Ratio, quia nulla fit Matri injuria, lex quae
citata in favorem prolis non in Matris auxilium
est lata. Si ergo adsit periculum, ne Infans mo-
riatur, aut temporis cursu, aut inter tormenta se-
cari poterit.

345. 6: Baptismus, qui aliqualiter accelerat
mortem, licet ex probabili. Imo ex Sambrano
licet Baptismus, qui causa sit mortis Infantis.
Adeatur Aingus, et magnus Suarez tom. 3.o in 3.m
partem d.e 20. s. 2. et late Sambranus. Adhuc est
visus dissentire Eximius d.e 31. s. 3. Sambrani do-
ctrina est: si Infans est certo moriturus aut ex
evidentissimo morbo, aut manu violenta Tyranni,
nec aqua est ad Baptismum nisi infecta veneno,
aut summe frigida, intenseve calida, Baptizan-
dus est. Ratio, quia non intendit mors directe,
sed directe Baptismus. Certe mors sequitur
ex Baptismo, sed id permittit, non amat directe.
Ex Doctorum externa authoritate haec sententia probabilis

est mihi.

346. Ultimo, nec levis ē dificultas. Ea ē circa morientem fœminą, et gravidam. Ex citando Aingo 1°: confessariu, si non sequat inconveniens, admoneat de obligaone aperiendi statum, conceptamq prolem, ut possit post mortem mater secari, baptizariq Infans. 2°: si mater renuat, quin sequat inconveniens, non absolvat Confessarius. Si Mater aperiat, et declaret aut per se, aut per aliŋ bonŋ (quod Aingus res. 53. melius apparet) absolvat. Si verò vitŋ, aut famŋ, reivè temporalis damnŋ immineat Matri, ex Possevino Confessariu rem declarandam proponat Matri sub consilio. Si mater acquiescat ɔsilio obligaonŋ declaret. Si mater renuat, ñ urgeat Confessariu. Si dubitet Confessarius, àn mater consilio acquietura sit, utilius credit. Possevinu nec consiliŋ exhibere. Et quidem, ut observat citat. Aing; ñ ē moraliŋ certŋ, juxta dicta profuturaŋ Infantem ad Baptismŋ Matris sectionŋ: g ñ tenetur Mater ad declarandŋ. Rao antis, quia ē pbabile, moriente matre, prolem ɔ mori. Addit Aing, nec ɔsulendŋ declaraonŋ nisi cesset oe damnum, et scandalŋ non solum rei matris, sed ɔ rei complicis, status, aut Communitatis. Si communitati, Statui, complici, aut matri immineat infamia, consulenda non ē declarao ex Aingo citato.

Caput 2um

De Viatico.

347. Dum sumus in corpore peregrinamur à Domino. Dum corporis ergastulo solvimur, iter æternum aggredimur. ... è cibo, et cibus è Eucharistia. Inde Viatici nomen.

348. Infert 1: è præceptum de comunione in morte. Constat ex Trident. s. 13. et ex illo: nisi manducaveritis carnem filij hominis &a. Infert 2°: obligatio hæc è gravis, quidquid dicant alij, in quos videndus Evim 3° in 3. p.m d. 69. s. 1. et Dicast. tr. 4. d. 10. dub. 2a. Hinc ille num. 21. tenet, hominem morientem, nec comunicantem in Paschate committere duplex peccatum. Hinc nota 1° ex Aingo tr. 6. resp. 2. et Dicast. d. 2a nunquam Ecclesia privavit homines è peccatores Viatico. 2° cum Evim. s. 3. etsi sit præceptum Divinum de Viatico, posse Ecclesiam privare illo, quia præceptum tendit in hominem, ut comedat accipere, non in Ecclesiam, ut concedat.

349. Infert 3: hæc obligatio è in omni morte, sive naturali, sive violenta. Hinc 1: Judex tenetur concedere reis tempus pro accipiendo Viatico, tum ex motu proprio Pii V anno 1569, tum ex lege Philippi II Hispaniarum Regis; imò Dicastillo contendit teneri ex lege è naturali; 2°: danda

è Reis Eucharistia ex citatis Decretis 24 horis ante supplicium. Adhuc ex Dicastillo, Diana, et l[?] Sa pot Reus communicare, le ~~citra~~ si intra hora sit aficiendus ultimo suplicio. 4°: si nolit reus intra datum tempus communicare, et Bonacina, et Dicastillo n. 31. et si num 27. visus sit negare, tenetur Iudex ultra expectare. 5°: ex eodem n. 32: debet tempus accedere, et si interea Reus liberandus eet bonis artibus, et Principis gratia. Secus, si fuga timeat; quamvis adhuc Bonacina Iudicem obliget ad tempus dandum.

350. Infert 4°: si dubitet, an possit reus communicare, pot deferri Eucharistia, et adoret Moriens. Si vero certo constet non posse communicare, deferenda non è pro sola adoratione ex declaratione Pij V apud Lugo in responsis lib. 1. dub. 11. Et si opus sit, pot dari Hostia ~~[illegible]~~ in haustu aque, vel Vini. Infert 5°: qui multos antea dies communicavit, tenetur repetere in morte. Qui pridie communicavit, l, eodem die ante periculum, non tenetur, sed pot ex probabili cum multis. Adeatur Dicastillo.

351. Infert 6°: pueri, etsi non concederet extra articulum, in articulo danda è Eucharistia, quoties tolerabilis, idest cum aliquali devotione

et cognitione possit communicare ex Sambº. cº. 3. dub. 2. apud Epim. 3. pº. dº. 7. §. 1. danda ē puero capaci Confessionis. Infert 7º: perpetuo amentibus, freneticis, energumenis, et Demoniacis danda non ē. Sed illis ē danda, si aliqdo habuerunt rationis usum, et certo non constet de Eucomᵉ. contracta ex Sambrᵒ. dub. 3. sic et ijsdem dari pōt Baptismus, si dubitet de periculo irreverentiæ, dari pōt prius Hostia n̄ consecrata in experimentum.

Caput 3m

De extrema-Unctione

352. Infirmat quis in vobis, inducat Presbiteros Eclesiæ, et super eos oret, ungentes eos in nomine Dni. En Extrema-unctio instituta à Xpto, promulgata ab Apostolis præsertim Jacobo. Infert 1º: non ē necessaria sub mortali, ni adsit scandalum, vel contemptus. 2º: danda ē manu, sed tempore pestis pōt dari instrumento aliquo ex Suar. dº. 44. §. ultimâ. 3º: ex eodem dº. 86. in necessitate pōt dari à solo Sacerdote sine ministris. 4º: ex eodem, et Sambrº. cº. 5º. in necessitate n̄ ē peccatum recipere Extremam-unctionem ante Viaticum.

353. 5º: ex Sacroix. hic n. 2111. et Sambrᵒ. dub. 1. danda ē puero post septenium,

ni certo cstet de non usu rationis, et si illi negetur Eucharistia. Sic ubi opposita consuetudine observanda n̄ ē ex Sambr.° num. 8. Hinc cuiq. dat Confes. dari debet Extrema-unctio. 6°: amentibus, furiosis, Demoniacis, et similibus danda ē ex Sambrano dubio 2°, si aliquando habuerunt rationis usum; secus si secus. 7°: danda n̄ ē in morte violenta; siquidem non habebit effum salutis recuperandæ. Dat. ea in morte sequuta ex vulnere violento.

354. 8°: secluso scandalo dari pot. extra lectum, ut in veste, vel grazante catarro periculoso ex Sambr.° dub. 3. Tridentinum exponitur de eventu ordinario. 9°: dari pot, quando prudenter timet, aut cras, aut intra dies 3 mors, et in peste, vel thi physi, quam V.m Nec agendum scrupulose dixit Sambranus videndus. 10°: pot repeti, aut durante eodem periculo, si valde longum tempus, ut annus pertransit. Et quoties in eodem morbo, variato notabiliter periculo, relabit homo in periculum idem ex Lacroix hic n. 2103.

Caput 4.

De Testamento.

353. Sattagendum ē V: ut testamentum condat in Gratia. Si secus, post Confessionem operat Deo pro lucrando merito. 2°: consulendus sit homo, ut condat testamentum. 3°: si nolit, cum teneat, absolvendus n̄ ē.

4°: Sacerdos se abstineat a dispositione, et scriptione testamenti, et quibuscumque, quae ad aliquod lucrum non expectet ex Aringo tract. 11. resp. 9. et videndo Villalobos tom. 2. tr. 30. dif. 27.

356. Infert 1°: quoties pro exoneranda conscientia, et de alieno declarando, aut solvendo proprio, aut haeredis damno vitando requiratur, condere debet testamentum. Si per se non possit, infirmus det vices, et substituat alium. 2°: magis expedit durante vita eleemosinas elargiri, quam post mortem ex Aringo tr. 12. resp. 8. et Layman lib. 3. tr. et c. 5. 3°: ex Trullenc, et inclinat Aringo resp. 9. melius est opera pia, ut missas condere perpetuo, quam una vice, aut missas, aut eleemosinas elargiri.

357. 4°: Religiosi testari non possunt, quia in authentica Ingressi c. de Sacrosanctis Ecclesiis, et alibi super Molina tom. et tr. 2. de iustitia d. 141. prohibendi est ratio quia non sunt sui iuris. Et qua est forma nostrae Societatis formatis Coadiutoribus. Nec Praelati possunt concedere facultatem ad testamentum, tum ex consuetudine, tum quia non expectant ad observandam regularem ex Aringo resp. 12. 5°: Episcopi non Religiosi possunt testari sine Pontificis facultate ad pia, et non pia, sed ho-

resta de Patrimonialibus, adventitijs, donaônibus, et ijs, quæ habuerint ante Episcopatum ex Aingo n.º 13, et Barbosa de Poteste Episcopatus à legaône 111, et Molina citando. Dicant Patrimonialia, quæ-quæ non intuitu Episcopatus, nec occaône Dignitatis habent.

358. 6.º De distributionibus, stipendijs, Procuraônibus, vel emolumentis, quæ non ratione Episcopatus, sed laboris, vel industriæ habent, possunt ij ad eadem testari ex Aingo resp.e eâdem, et supra Molina. 7.º possunt ij ad eadem testari etiam de bonis Ecclesiasticis, et Episcopatus in ea quantitate, quam sibi substraxêre ex congrua, et debita sustentaône, famulatu, et pompâ ex eodem Aingo, Lessio de Just. lib. 2. c.º 4. dubio 6. n.º 37. et nÕ Molina tom 1. de Just. tr. 2. dclu.e 3.a d.e 147. 8.º possunt ij ad eadem testari de ijs, quæ resideant in pari qntite rebus ~~Ecclesiasticis~~, quas consumpsere in Ecclea, vel donarunt pauperibus ex Patrimonialibus, vel bonis supra citatis, et si non habuerint animum compensandi consumpta ex bonis Eccles ex Aingo, et Molina citato d.e 147. 2.e 4. Hic id notandum: Ex dictis. Azor 2.a p.e lib. 7. c.º 7. q.e 2.a et de bonis Eccles, de quibus Episcopi sine Pontificis facultate testari non possunt, possunt testari et ad non pia, sed honesta, si cognati v.g. aut vitæ probitate,

aut ingeniis, aut nobilitate emineant. Rao, quia id ē in Reip.ᵃᵉ cmodū, Et equivalens pium. Hoc non ē improbabile. Tandē ex Tingo res.ᵉ 12. xquè ē discurrendū de Episcopis Religiosis.

359. Circa Laicos, et Seculares V: heredes narij sū descendentes, filij, nepotes, &ª. Si desint illi, succedunt ascendentes magis ppinqui, et Patres ante avos. Si ex Avis sint duo ex pte altera, ex altera unus, hereditati dimidiū expectat ad unū, dimidiū expectat ad duos, quos int dividendum. Ex. Villalobos d.ᵉ 15. n. 10. 2° ex eodem n. 11. in Castella descendentiū hereditas naria ē pars duplex: de 3ª pte pōt disponere testator. Hinc de 5° pōt ad libitum disponere, verū ex 5° solvendū Funerale, et Missarū stipendia. 3°: posthac de 3° in Castella pōt disponere int filios, aut nepotes, (e viventibus Parentibus. 5ᵢ et 3ᵢ valor cputandus ē atento mortis tempore. Et poterit ad libitum testator assignare ptem bonorū ad 5ᵐ, et 3ᵐ dummodo valor non excedat justus.

360. 4°: pro 5° et 3° deducendo fiat V: tota hereditas dividatur in ptes 15; tres partes faciunt 5ᵐ; quatuor ptes faciunt 3ᵘᵐ. Hinc septem ptes faciunt 5ᵐ, et 3ᵐ rema-

nente. 8, si necessaria hæreditas descendentium; vel 2º. dividat hæreditas in 3 ptes. 3ª pars facit quintum. Dein ex quatuor remanentibus fiat massa cõis. Ea dividat in tres, pars q. 3ª 3m dabit. Tandem ut filius sit heres Patri, aut Matri, issimcta superstes debet esse ad minus per 24 horas, et baptizari. Plura circa testam.ta, et auxiliantis Sacerdotes varia pro morientis instruone dabit citatus Villalobos tr. 30.

Caput 5m

De morientis auxilio.

367. Confessarius 1º. eligat tutiora mia, quibus ad salutem dirigat deficientes aiam. 2º via, quâ possit faciliori, benignâ facie, voce, et gestu suavi disponat animum, atque consilia. 3º. consulat opportune Sacramta, et testamentum. Sed huiu institutioni nunquam assistat, ne ulla inurat nota. 4º. excitet Fidei actum, et spem supernalem. Præsertim, si moriens deficiat animo, sitq. proclivis in desperaonem, firmiter Dei pietatem, effusum Salvatoris sanguinem, et efficaces Peccatorum Matris preces proponat. Circa fidem explicitam Trinitatis, Dei Remuneratoris, existentisque, Sacræ Incarnaonis consulat, quoq. possit modo eius mysteriorum Fidem, saltem implicitam. Rusticum, Fideique ignaros, Barbaros, aut Cathechumenos, instruat in Fide catholica modo meliori, et clariori, juxta temporis

angustiae, et subtili ingenuitate.

362. 5º serio conetur animo contritione ex motivo Divinae offensae et amore Dei super omnia elici à moriente, pro his perpendat, et adducat in animum morientis Dei beneficia Creationis, elevationis ad Gratiam, redemptionis, et pulsantis Gratiae, et prae omnibus summam Dei Bonitatem quam majori, quâ possit vi, et arte ponderet. 6º quo magis in mortem moriens vergat, eo majori spiritu Sanctorum nomina, et preces, Beatiss. Virginis auxilium, Xpti Dni Passionem, Deique Sanctitatem proponat. 7º nec Indulgentias, quas pro mortis articulo, et Jesu nomine invocato, aut voce aut corde contrite concessit pia Mater Eccla, immemor sit, nec ultimum expectet vitae momentum. Cfr. Larraga Lacroix lib. 6. p. 2ª à num. 1837. Sit prae manibus vobis Pater Segneri de conversatione Apostolica, et clarissimus ille, et nostrae Societatis, et Hispanus Theologus P. Polanco de methodo adjuvandi proximos. Sit utinam.

363. Circa modum Viatici accipiendi prae oculis habeat Thesaurus 1º nequit moriens non jejunus Eucharistiam accipere, nisi in casu infirmitatis, aut alterius necessitatis à jure, vel ab Eccla. expresso, l. admisso. Ex Concil.

Constanc.e §. 13. Videat Dicastillo tr. 4. d.e 9. num. 3251.
Hinc ex Lugone de Euchar.a d.e 15. §. 3. pot moriens n̄
jejunus ɔmunicare, quoties, et quando pot à reservatis
absolvi. Hinc sunt Theologi, qui cum Lugone, et alijs
apud Quintana-dueñas tom. 1. singulari 14. reo ad mortem dam-
nato ɔcedunt, n̄ jejunis communionem, sive morienti reo, sive
morienti ex morbo. 2.o sub eodem morbo poterit iterum n̄ jeju-
nus ɔmunicare R.: si variato morbo, periculum redeat. 2.o:
si transeant dies 6, vel 8. apud Eximium tom. 3. in 3. pm
d.e 68. §. 5. Rão Eximia: quia n̄ ē credibile, piam matrem
Eccleam exegisse jejunium tot post dies à V. Viatico. Visus
ē magnus Suarez loqui de hoīe, qui ɔmode jejunus
n̄ posset ɔmunicare. Posset rão alia ēe: quia post eos dies
est aliud mortis periculum: ergo viget privilegium. Dices: ergo ex
eadem rãone preceptum Communionis viget. Nego cons. Preceptum
ē restringendum, ipsique satisfit vice unâ. Privilegium
extendendum ē, et durat, quoties durat physicum periculum.

364. Progrediuntur Theologi aliqui.
Morienti ɔcedunt assueto alias quotidianę Communioni,
ɔmunionem quotidianam sub eodem morbo, et sine jejunio.
Citantur Authores. Non oēs bonâ fide. Citatur V. Laiman
sed lib. 5. tr. 4. c.e 6. n. 20. docet solum ut altero statim die
liceat. Non loquitur de quotidiana. 2.o loquitur dum mor-
tis periculum instare videatur. Citatur 2.o Bonacina, sed ille
n. 18. longe est. Concedit, cum iterùm in peccata lapsus
ē moriens. Dein loquitur de jejuno. 3.o P. Enriquez.

Sed lib. 8. c.° 30 addit: ñ decet, ut sit quotidie communicet. l.° Leonardeli. Sed p.e 2. q.e 8. examinis Theologici filii refert Authores, et restringit, si illud sumere jejunus ñ posit. Citat Wienner, qui tutum in praxi dixit lib. 3. tit. 41. n. 17. sed loquit supponens, eam fuisse sententiam Laimani, et aliorum; hoc a falsum est. Clarius loquit Dicastillo tr. 4. d.e 9. dub.e 16. presertim a n. 337. Sed loquit in casu, quo commode ñ posit servari jejuniu. n. 340. visus ē loqui de casu incomodi ñ levis. Idem ē sensus P. Govat tom. 1.° tr. 8. n. 317. Hinc dubia ē probabilitas.

365. Hec, sique sunt, sint ad majorem Dei Gloriã.

Granatæ in pervigilio Divi Petri.

die 28 Junij.

1747.



INDEX.

FINIS.

